

imperet, hæc sanctitatis domus esse videatur. Quod nostrum sane est gaudium, pax in bello nostra, nostraque summa securitas: quidquid enim de nobis disponat divina Providentia, sive in vitam, sive in mortem, hæc erit consolatio nostra, quod Domini sumus, atque ut sperare licet, æternum erimus. Hoc ita ut fiat, petimus Benedictionem Paternitatis vestræ, et nobis et missioni nostræ: ego præcipue omnium indignissimus, sed tamen

Rev^{dæ} admodum P^{tatis} V^æ.

Humillimus et obsequentissimus filius

PAULUS RAGUENEAU.

Ex Domo Sanctæ Mariæ
apud Hurones in novâ Franciâ
Calendis Martii anni 1649.

Admodum Reverendo in Christo Patri nostro
Vincentio Caraffæ Præposito Generali
Societatis Jesu Romam.